



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 71. Motus a Lutheranis ob Comitem Auffessum a Patruo abductum
concitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVII
A. C. 1730. Regis obsequio luculentis testimoniis
omni data occasione demonstrat, &
quoniam Rex iterato inhibuisset, Par-
lamentum desuper haud deliberaturum
quænam vero ad Regii status utilita-
tem & debiti obsequii rationem magis
conducere viderentur, fufius expo-
nendum, quotiescunque Rex gratiæ
permiserit. Nihilominus Parliamentum
Parisiense paulopost Embrodunensis
Archiepiscopi instructionem Pastora-
lem, qua Montpessulani scripta legi ac
retineri vetitum erat, decima post die
edito decreto suppressit.

§. LXXI.

*Motus a Lutheranis ob Comitem Ad-
sessum a Patruo abductum
concitati.*

Haud minus levis in Imperio agita-
batur controversia, cui fomitem
subjecit Religionum diversitas. Re-
ita accidit. Anno priori Carolus Chri-
stophorus Baro de Auffleß præmatu-
nimis morte vivis ereptus est, relicto
nonnisi unico Filio, Christophoro Phi-
derico, novem duntaxat annos nato.
Hujus tutelam Parens, qui pluribus
abhinc annis a Lutheri secta ad Ecclesie
Catholicæ gremium redierat, Fratri
suo Christophoro Ernesto Electoris Mo-
guntini

guntini Cubiculario, atque legionis
 Equestris Ductori Religione Catholico
 demandabat; ea lege, ut is illum Bam-
 bergæ in fide Catholica institui curaret.
 Christophorus ergo comperta Fra-
 tris sui morte primas eo curas inten-
 dit, ut Nepotem suum juxta Patris
 sui voluntatem in Religione Catholica
 educare posset; certo enim sibi per-
 suasum habebat, Joannam Theophilam
 ejus Matrem Lutheranzæ Religioni ad-
 dictam nil inausum intentatumque re-
 licturam, ut ejus Filius in secta, quam
 materno cum lacte hauserat, adolesce-
 ret: hinc Patruus pro veri Tutoris mu-
 nere Nepotem suum salutis periculo
 subducere, eumque ad ejusmodi locum
 transferre statuit, ubi in Catholicæ e-
 tiam fidei præceptis imbui, ac demum
 ipse inter veram & falsam Religionem
 discernere posset: Nil aptius ad hoc
 videbatur, quam domicilium Caroli
 Teoderici de Aufsess, qui Bambergæ
 & Herbipoli Cathedralis Ecclesiæ Ca-
 nonicus erat. Hæc dum interim inter
 ambos agitarentur consilia, Joanna
 Mater, fors quid rei subesset suspicata,
 filium suum clam Baruthum abducere
 decernit, atque unacum duabus No-
 bilibus fæminis Baronessa de Muffel,
 & illa de Branden iter die prima Maij
 aggreditur. Accidit autem, ut eadem
 U 4 die

Sæc. XVIII.
 A. C. 1730.

Sæc. XVIII. die Christianus Ernestus, cum suo Praetore, uno Venatore, duobus famulis & quodam suæ legionis Equite Sigismundum Bergam veniret: Inexpectatus ibidem occursum Joannæ Theophilæ, quæ in curru vecta Filium suum abducere festinabat. Præmissa utrinque officiosa salutatione Christianus puerum sibi utpote Agnatorum proximo tradi rogat, instat, atque invitæ Matri exponit, sibi a defuncto ejus Patre illius tutelam fuisse commissam, notum aliunde esse, ejus Filium paternis bonis partem admodum esse provisum, liberalius vero a Patruo fore educandum, atque ad certam pinquioris fortunæ spem promotum iri, hanc esse Caroli VI Imperatoris mentem, eoque sine ab eo Equestris Franconiæ Ordinis Nobilitatem tanquam Commissarios hac in causa fuisse nominatos &c. Cum autem etiam has pluresque alias rationes surda esse Mater, Patruus ad Nepotem suum conversus, illum, ut secum veniret, sollicitat, qui etiam haud invitus in curru profilit, equum lætus conscendit, & cum Patruo suo Bambergam venit. Nec tamen propterea Mater recuperandi Filii sui spem animumque abjecerat; astu igitur rem aggreditur, ac die decima tertia Decembris Bambergam contendit, jactato obtentu, quod

Sæc. XVIII
A. C. 1730

quod Filium suum pro materno affectu
visum venisset: re ipsa tamen illum e
Patruī manibus ereptum, domum re-
ducendi opportunitatem quærebat.
Comperto ejus adventu Carolus de
Auffess Canonicus Cathedralis ædes
suas, mensam, famulos, currus & e-
quos pro nobilium more ad ejus ob-
sequium omni humanitatis officio eidem
offert; illa vero recusatis omnibus u-
nice petit, ut cum Filio suo libere col-
loqui posset; id quoque lubenti animo
indulget Canonicus, ac puerum ad
Cauponam, ubi Mater hospitabatur,
conduci jubet, debita Matri suæ ob-
sequia præstiturum: Tum vero Mater
omnes maternæ eloquentiæ fontes ex-
haurit, & Filium suum ad reditum in-
ducit: preces, blanditias, promissa,
& lacrimas adhibet, imo nec minis
parcit; sed incassum omnia: vim ad-
hibere prohibebat famulorum, qui
puerum comitabantur, præsentia: nil
ergo aliud supererat, quam ut re in-
fecta domum reverteretur, & deplo-
ratæ suæ causæ auxilium in potentio-
rum patrociniis quæreret: Proximo
igitur Mense Januario non tam proprio
impulsu, quam aliorum suggestione in-
citata querulas ad Cæsareo - Aulicum
Consilium literas dat, falsoque expo-
nit, filium suum novennem invitum,

U 5 plo

Sæc. XVIII. plorantem, totisque viribus renitentem
 A. C. 1730. violenter Matri fuisse ereptum, sex Vir-
 ris valide armatis in opem adhibitis
 manifeste quoque religiosam æque ac
 profanam pacem fuisse violatam, non
 sine luculento plagii raptusque crimine.
 Iusuper Matrem inter indignas pejerationes,
 dictoria & verbera e curru
 vi fuisse extractam & per plateas huc
 illucque raptatam: Nec hisce injuriis
 satiatum fuisse Christianum, sed illam
 quoque afflictæ Matri, dum die 13. Decembris
 Filiolum suum visura Bergam contendisset,
 aditum occultis ejusque jussu illam a Venatore,
 Canonici Famulis & quodam milite
 filii sui cubiculo fuisse repulsam, qui
 ægre admodum duobus aut tribus viris
 puerum alloquendi copiam obtinuit.
 hunc enim mox ab ejus latere avulsam
 ac rhedæ impositum ad Canonici ædes
 fuisse raptatum: De violenta hac injuria,
 tyrannide & latrocinio vehementer
 quidem fuisse questam, sed quatuor
 Aufsesii famulos (non tam proprio auctoritate
 quam Heri sui mandato) præter plures
 convitia, non jam per ambages alapa-
 rum minas jactasse, certo in ministerio
 haud hæsueros, nisi adstantium metu
 ipsiusque pueruli ploratu fuissent cohibiti.
 Talia, pluraque alia non modo
 Mater in suo libello supplici exponat.

sed & alii pagellis in vulgus sparsis contra Aufsesios religione Catholicos passim disseminabant.

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

§. LXXII.

Vera facti species a Christiano Aufsesio ad Imperatorem transmissa.

Erant equidem Viduæ Matris exposita veritati minus consona; in allegatorum tamen fidem a Cæsareo-Aulico Consilio pænale, ut vocant, *mandatum* die 23. Januarii emanavit, vi cuius Aufsesius, filium vi raptum Matri reddere, læsæ parti satisfacere, eamque haud amplius offendere, & debitam cautionem præstare jubebatur. Accepto hoc decreto Christianus de Aufses die septima Decembris hoc mandatum utpote expositis falsis, & veris nequiter suppressis obtentum tanquam irritum declarari, & Viduam a limine iudicii repelli, ab Imperatore efflictim petiit, hæc exponens: ex Cæsareo decreto de die 28. Jan. §. 2. & 3. necnon ex mandato ad Equitum Ordines die 13. Maij dato constare, Nepotis sui educationem & tutelam auctoritate Cæsarea Equestri Ordini esse commissam, inhibitumque, ne hic pupillus extra Equestris Ordinis jurisdictione